





Auxilio & Consilio DOMINI & DEI nostri
JESU CHRISTI ardentè implorato

EXEGETESIN

*Difficilis & variè interpretati C. Titius filios: Si de feud.
defunct. content. sit inter Domin. & agnat. Vasal. 2. Feud. 26.
Quod cap. in materiâ alienationis feudi antiqui & revocatio-
nis agnatorum primas ferè partes obtinet.*

PRÆSIDENTE

RECTORE Academiæ Magnifico, atq; simul DECANO.

h. t. Spectabili

Viro Nobili Excellentiss. Ampliss. & Consultissimo

DOMINO JOHANNES
BRUNNEMANNO,

Phil. & J. U. D. Ordinario, Seniore, Antecessore cele-
berrimo, Domino Promotore & Fautore suo colendisimo

Ex decreto & auctoritate gloriosi J. C. torum Or-
dinis in almâ Viadrina

*Pro Doctoratu in utroq; jure consequendo ad 3. Januarii
horis ante & Pomeridianis in Collegio solito solennis & inaugu-
ralis Disputationis loco ventilandam proponit*

AMBROSIUS Dr. JOACHIMI FL. NAVIN,

Colbergensis summi Tribunalis, Electoralis Po-
meraniæ Advocatus & Civitatis Patriæ Senator

FRANCOFURTI ad Oderam

Anno 1656.

Typis ERASMI RÖSNERI.

ANNO DOMINI 1674
EXHIBIT

DOMINO JOHANNI
BRUNNEMANNNO

Phil. & Med. D. Ordinario, Senatus, Professoris
Primario, Domini Brunnenmannni, in
Ex doctoris & Augustiniensis
doctores in
Pro Doctoris in
Senatus

AMPHOTIS D. BRUNNEMANNNO
Collectio



*Interpretatio difficilis C. Titius filios. Si de
feud. defunct. content. sit inter Dom. & agn. Va-
sall. 2. Feud. 26.*

Proëmium.

Q Vanquam hoc cap. eleganter explicarunt Hartman-
nus Pistoris & post eum Andreas Fachineus nihil
tamen vetat ab iis & aliis dicta in ordinem redigere,
atq; sic simul post tot Interpp. dissensiones denuò in verita-
tem inquirere, nam & hoc studium non est inane, imò
qui subtiliter factum seu alienos labores vel replet vel in-
terpretatur aut emendat, laudabilior est eo qui primus in-
venit, rescribit Imp. noster in l. 1. §. sed neq; C. de veter.
jur. enucleand. Et hinc etiam alibi tradunt & latius de-
fendunt Dd. nostri quod si quis in suo opere aut tractatu
omnia aliena dicta posuerit, de suo autem nihil adjecerit,
propter Compositionem tamen ordinis suus liber dicen-
dus sit per l. 2. §. 2. ibi, non quia Papirius de suo quicquam
adjecit. & c. ff. de origin. jur. Zas. ad d. l. 2. §. & quia ut dixi-
mus n. 4. Simon de Proctis in tr. de interpr. ult. volunt.,
n. 16.

Ergò

*In NOMINE DOMINI & DEI nostri JESU
CHRISTI, sicuti ad omnes actus semper, ita etiam
ad hunc actum impræsentiarum progredior.*

ad Coloss. 3. v. 17.

TEXTUS.

Titius filios masculos non habens, par-
tem

A 2

tem

tem suam feudi Sejo partem ejusdem feudi possidenti, agnato suo, concessit. Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi nullo dato precio recuperare potest. Quod si Titius filios proprios haberet, pretio reddito, etiam vivo Titio: Quod si consensit alienationi, vel per annum ex quo scivit, tacuit, omnino removebitur.

Conclus. I.

Summa seu sententia hujus capituli hæc est: Quidam alienavit feudum suum agnato suo remotiori, proximior agnatus vult revocare. Queritur quid juris? Respondet Feudista: alienator aut filios non habet & mortuus est: aut filios habet & vivit. Priore Casu Agnatus proximior sine precio revocat. Posteriore: pretio restituto. Hujus tamen decisionis seu regulæ in hoc posteriore Casu duæ in textu habentur Exceptiones. Prima: nisi consenserit alienationi. Secunda: nisi per annum ex quo sciverit alienationem, tacuerit.

Con-

Concl. II.

Hartmannus Pistoris brevius quidem summat d. cap. Sed non omnia complectitur: hoc modo: Agnatus (inquit) proximior feudum à Titio alienatum, sine precio, illo demum sine liberis mortuo recuperare potest. Quod si verò Titius liberos habuerit, tum agnatus proximior, restituito precio, etiam eo vivo feudum revocare potest.

Pistor. lib. 2. quest. 5. n. 15.

Concl. III.

Rei totius autem verum intellectum in figuratone Casus seu propositâ facti specie exhibet nobis Andreas Fachineus, dum dicit: Mevius feudum habens, mortuus est, duobus filiis relictis Cajo & Sejo: quorum alter nempe Cajus, feudum paternum cum fratre divisit: deinde mortuus est relictis duobus filiis Sempronio & Titio, ad quos pars feudi a viti pervenit, quam scilicet Cajus pater eorum ex divisione accepit. Hæc pars feudi ex divisione factâ inter ipsos Titium & Sempronium, Titio obvenit, Hic nullos habens liberos, eam concessit Sejo agnato remotiori possidenti aliam partem ejusdem feudi. Poterit Sempronius qui est proximior agnatus Titii (est enim frater ejus) mortuo Titio partem illius

A 3

feudi

feudi recuperare etiam nullo precio dato. Quod si Titius filios proprios haberet, eo etiam adhuc vivente, precio reddito partem feudi prædictam recuperare potest, nisi alienationi à Titio factæ in remotiorem agnatum, consenserit, vel per annum ex quo alienationem factam scivit, tacuerit.

Fachin. Controvers. jur. part. 3. l. 7. c. 9. post pr. Confer. Hartm. Pistor. d. 9. 5. n. 7. vers. secundum hæc itaq.

Concl. IV.

Atq; sic præmisso jam vero sensu textus nostri, non incommodè distribui posse videtur in tres partes: Prima agit de feudi in agnatum remotiorem alienatione. à princ. usq; ad verb. concessit. Secunda: de proximioris agnati revocatione seu recuperatione eaq; ex duplici remedio: Unum est jus redemptionis quod agnato proximiori Vivo alienatore ex jure protimileos intra annum precio restituto competit. Alterum jus revocationis quod ex jure succedendi ex primâ investiturâ antecessorum quæsito post mortem alienatoris sine precio datur. De hoc agitur in textu nostro *vers. Sempronius &c.* De illo: *in vers. quod si Titius. &c.* In tertia parte duæ traduntur Exceptiones seu limitationes. *in vers. quod si consensit.*

sensit. usq; ad fin. Sed de omnibus his nunc aliquid
quantò latius inquirendum.

Concl. V.

Accedo igitur ad primam partem de feudi in
agnatum remotiorem alienatione: ubi ad eviden-
tiam materiæ de quâ agitur, sciendum primò Ca-
pitulum nostrum accipiendum esse non de feudo
novo sed de antiquo, quia agit de agnato revocan-
te adeòq; succedente in feudo, id quod secundum
jus feudorum tantum in feudo paterno seu anti-
quo locum habet. Nam in novo feudo agnatus
nisi certis casibus non succedit aut revocat (a) id
quod extra omnem controversiam positum esse
testatur Pistor (b) Verum nec hoc sine controver-
siâ esse cum non sint pauci qui jus revocandi agna-
to etiam in feudo novo concedant, patet ex Ber-
lichio, ubi illos Dd. & eorum rationes longo Ca-
talogo refert, (c) de quibus in discursu videbimus.

(a) *text. 1. feud. 1. de his qui feud. dare poss.*
§. 2. vers. sin autem. Et tit. 8. de success. feud.
in fin. 14. de feud. March. in fin. Et tit. 20.
de benefic. fratris. Item 2. feud. 12. de fratrib.
de nov. benefic. invest. (b) d. q. 5. n. 4. (c) Ber-
lich. part. 2. Conclus. 57. de feud. lic. alienat.
revoc. n. 17. Et multis seqq. in edit. 1.

Concl.

Concl. VI.

Deinde & hoc ab Interpp. uno orē receptū est, textum hunc non de feudo hereditario, sed de feudo ex pacto & providentia intelligendum esse, cum inibi nulla juris hereditarii fiat mentio, (d) aut agnatus hīc jure hereditario succedat aut revo- cet (e) Ego verò etsi divisionem hanc feudi here- ditarii & feudi ex pacto & providentia (f) aliàs in praxi libenter admitto, cum si ulum & difficulta- tem spectes, facilè primas inter omnes divisiones hodiè teneat (g) attamen si in theoricam verita- tem inquiras cum hęc divisio à Pileo & Bulgaro antiquis glossatoribus tantū credatur inventa (h) Feudistam nostrum ad hanc divisionem, ut sibi adeoq; jure feudali incognitam non respexisse di- cendum est (i) licet quidam ex verbis textuum feu- dalium eandem asserere & defendere conati fue- rint (l) quorum tamen rationibns abundè respon- det Joan Thomas de Marinis (m)

(d) Harm. Pistor. dict. q. 5. n. 5. & q. 3. n. 26.

27. 33. 43. & seq. lib. 2. Borcholt de feud. c. 4.

n. 16. Vultei de feud. lib. 1. c. 8. n. 27. vers.

dictum est supra. (e) Pist. d. lib. 2. q. 1. n. 37.

post pr. n. 41. 47 & seqq. n. 94. & seq.

Clar. lib. 4. sentent. §. feudum. q. 9. n. 4. Paris.

consil.

consil. 65. incip. paternum feudum n. 10. vol.
 3. Cravett. cons. 256. incip. in casu transmissio
 n. 31. Marian. Socin. consil. 114. incip. in caus.
 feud. Gratus cons. 4. incip. dubitatur n. 2. Et
 seq. vol. 1. Cacher. decis. 161. n. ult. sub fin. (f)
 Curtius. jun. intr. feud. p. 1. c. 9. n. 19. Rosenthal.
 Synops. jur. feudal. c. 2. Conclus. 32. (g) Pi-
 stor. d. q. 1. in pr. (h) And. de Isernia in C.
 unic. in pr. ibi, haec sunt verba magistralia.
 an agnat. vel fil. Dec. consil. 445. n. 7. in fin.
 Menoch. Consil. 104. n. 5. Et multi alii. (i)
 Matth. de Afflict. in praebud. feud. n. 169.
 vers. praemittend. Et n. 178. vers. Patet. Pi-
 nel. in l. 1. C. de bon. matern. in 3. part. n. 84.
 vers. nec est text. Et late hoc atq. eleganter de-
 monstravit Pistor. d. q. 1. n. 99. Et seqq. usq.
 ad fin. (l) Camerar. post alios. in C. imperia-
 lem. §. praeterea in pr. de probib. feud. alien.
 per Frider. (m) lib. 1. tit. 1. de feud. ex pact.
 Et provid. Et tit. 5. de feud. hereditar. in pr.
 cui add. Fachin. Controversi jur. lib. 7. c. 3.
 Et aliquot seqq. p. 3.

Concl. VII.

Jam de alienatione dicemus ubi statim lis se
 offert in varia interpretatione horum verborum

B

textus

textus nostri : quod nempe Titius partem suam feudi Sejo, partem ejusdem feudi possidenti agnato suo concesserit. Nam hæc verba Baldus, Belvit. Isernia, Alvarot, Schenck & multi alii (n) ita interpretantur, quod Titius partem suam feudi vendiderit Sejo extraneo, alteram verò partem agnato remotiori. Sed malè; nam sensus est Titium vendidisse vel alienasse suam partem feudi agnato suo, nomine Sejo, qui jam antè aliam partem ejusdem feudi possidebat. Etenim cum textus non dicat, quod Sejus sit extraneus, nec Interpp. hoc dicere aut subintelligere licet præsertim cum alia interpretatio, verbis textus consona, rationi conveniens, & nihil addens aut detrahens hîc haberi possit. (o)

(n) In hoc C. nostro. (o) accuratè hoc demonstravit Pistor. d. q. 5, n. 7. refert & sequitur Berlich. Conclus. 57. de feud. lic. alien. revoc. n. 8. vers. deinde. part. 2. & ante ipsos hoc idem tenuit Hotomannus hoc C. Titius.

Concl. VIII.

Alitè vero Cujacius (p) interpretatur, quod nempe Titius suam partem feudi vendiderit Sejo agnato suo, modò hoc est jam impræsentiarum post factam venditionem seu concessionem possidenti.

sidenti. Verùm hic intellectus verbis & menti capituli nostri repugnat quemadmodum demonstratur, ac proinde rectè etiam rejicitur ab Hartmanno Pistore & Fachineo. (q)

(p) *In comment. sup. C. nostro.* (q) *Pistor. d. q. 5. n. 7. vers nos verò ut inventis. Fachin. d. lib. 7. c. 9. vers secunda est interpretatio.*

Concl. IX.

An autem C. nostrum de quacunq; alienatione, puta pignoris obligatione, datione in solutum (r) &c. vel tantum de venditione accipiendum sit? in Controversiam vocari potest, Ego puto illud propriè tantummodo intelligendum esse de venditione, ex regula: quod ubicunq; precii fit mentio (ut hïc) tum disponentem de venditione lensisse verisimile sit. (s) quanquam interim si quis etiam ad alias alienationis species per interpretationem, extendere velit, cum illo non magnopere contendam.

(r) *2. feud. 42. de Controv. inter dom. & emptor. feud. & tit. 55. de probib. feud. alienat. per Frider. Hartm. Pist. q. 6. n. 45. & seqq. lib. 2.* (s) *l. fin. C. de Prad. decur. fin. decret. non alienand. lib. 10. & multis probat Tiraque. l. 1. retract. §. 1. glos. 2. n. 1. atq; ita in*

B 2

specie

specie tenet Alvarot, hoc C. nostro verb. concessit, quem sequuntur olim hujus Academia antecessor celeberrimus Ludolph. Schrader. tr. de feud. part. 8 c. 7. n. 33. Pruckman. Consil. 4. q. 1. n. 30. ibi, quarto jura n. 31. Et seq. vol. 1. Contrariari videntur jura supra lit. r. Citata.

Concl. X.

Magis controvertitur, num de licitâ seu cum consensu Domini, an verò de illicitâ & sine consensu Domini factâ alienatione textus noster intelligendus sit. Licitam asserit & defendit Pistor, (t) Sed contra Pistorem insurgit & illicitam esse pronunciat Berlich. (u) Ego cum in textu dicatur quod agnatus proximior, tam vivo quàm mortuo alienatore feudum recuperare possit, quod aliàs si sine consensu Domini adeoq; illicitè alienatum esset, non fieret, sed ad Dominum reverteretur. (x) Pistoris sententiam verioremi puto.

(t) d. q. 5. n. 7. vers. quarto quia. (u) part. 2. conclus. 57. de feud. licit. alienat. revoc. n. 89. secundus est. vers. Sed simpliciter. Et conclus. 60. intra quant. temp. feud. n. 29. in edit. 1. (x) per text. express. 1. feud. 5. quibus mod. feud. amitt. §. aut si libellario no-

mine

mine. Et 2. feud. 55. de probib. feud. alien. per
Frider. §. Callidis, in super. Et tit. 24. quæ
fuit prim. Caus. benef. amitt. §. ult. vers. Si
Vasallus contra constitutionem. Et in princ.
tit. 38. de Vasall. qui contr. constit. Lotharii
reg. benef. alien. Et tit. 42. de controvers. in-
ter Dom. Et empt. feud. circ. fin. Et tit. 44.
quid jur. si post alien. feud. Vasall. id recup.
vers. hodie autem. elegantè Pistor. lib. 2. q.
17. n. 2. Et per tot. Vultei de feud. c. 11. n. 78.
sub fin. vers. cum autem ex omnibus lib. 1.
Sonsbec. tr. de feud. p. 13. n. 77. vers. secun-
da Conclusio erit Et seqq. Menoch. Consil. 226.
n. 217. Et seq. vol. 3. Dissentiunt plurimi, Et
inter hos alii inter filios Et agnatos distingu-
unt, quos supra Citati allegant. Latè Et gra-
viter Koppen. decis. 54. n. 14. Et seqq. Car-
din. Tusch. practic. conclus. lit. F. Concl. 193.
n. 1. n. 6. Et seqq. n. 38. Et seq. Et Concl. 194.
n. 4, 6, Et 9.

Concl. XI.

Succedit jam pars secunda de proximioris
agnati revocatione leu recuperatione, & primùm
de eâ quæ fit sine pretio alienatore mortuo: quod
jus quâ ratione subsistat, cum quod Vasallo feu-
dum

B 3

dum

dum solum ad viram concessum esse videatur eam quidem lege, ut gravatus censeatur post mortem suam illud agnatis restituere. Tum quod agnati feuda non ab ultimo defuncto, sed potius ex pacto cum primo acquirente inito consequi existimantur tradit & pulchre declarat.

Hartm. Pistor. lib. 2. q. 6. n. 1. & seqq. Cothman, vol. 1. Consil. 2. n. 41. & vol. 2. Consil. 67. n. 69. & vol. 3. resp. 31. n. 13. & seqq. & vol. 4. resp. 8. n. 12. Bald. in c. 1. n. 2. in fin. de success. frat. Gail. 2. obs. 149. n. 3. & seqq. & obs. 154. n. 4. Wesenbec. tr. de feud. p. 1. c. 6. Godd. disp. feud. 8. th. 13. Borcholt, de feud. c. 8. n. 147.

Concl. XII.

Quæ rationes procedunt non tantum si in extraneum per juram in præcedente conclusione allegata, sed etiam si feudum antiquum in agnatum remotiorem in præjudicium agnati proximioris (ut hinc) alienatum sit, quod nihilominus extincto alienante agnatus proximior nullo dato precio illud revocare possit (y) quanquam hoc sine controversia non sit. (z)

(y) Pistor. d. q. 5. n. 25. & q. 6. n. 11. & seqq. n. 20. & seqq. elegantè Præpos. ad C. nostrum

n. 4.

n. 4. in med. vers. ubi autem fieret alienatio
non proximiori agnato. Vultei lib. 1. de feud.
c. 11. n. 96. Koppen decis. 54. n. 75. ubi hanc
sententiam in hac almâ Facultate juridicâ
observatam testatur. Fachin. contr. jur. lib 7.
c. 10. p. 3. (z) vid. quos supra Citati pro con-
trariâ allegant quibus add. VVurmser. lib. 1.
obs. tit. de feud. 51. obs. 4. n. 10. usq; ad fin. ubi
ita in Camerâ practicum dicit. Caccialup.
obs. feud. 5. n. 13. ubi idem testatur. Et in pri-
mis pro hac sententia facere videtur text. 2.
feud. 39. de alienat. patern. feud. vers. Et li-
cet prohibeatur ad quam varia sunt Dd. solu-
tiones. Aliter enim resolvit Sylvan. consil.
15. n. 34. Et seq. vol. 1. Aliter præpos. ad C. no-
strum. n. 5. Aliter Hartman. Pistor. d. q. 6.
n. 23. vers. potius itaq; arbitror. Et Fachine,
d. c. 10. Aliter Berlich. Concl. 57. n. 43. part. 2.

Concl. XIII.

Quare autem hic requiratur quod alienator
filios non habeat, rejectâ ratione Baldi (a) hanc
adfero, quia extantibus filiis gradu proximioribus,
alii agnato mortuo alienatore nondum est dela-
tum feudum ut illud tanquam proprium suo jure
vindicare posset, quod secus est filiis non supersti-
tibus. (b) (a)

(a) quam refert Pistor. d. q. 5. n. 15. vers. &
Baldus (b) latè Pistor. ead. n. 16. & multis
seqq. & q. 6. n. 61.

Concl. XIV.

Quare item hîc exigatur ut alienator sit mor-
tuus, etsi ex superioribus facile intelligi possit, ta-
men majoris perspicuitatis gratiâ dico, hoc ideò
requiri, quia ipso vivo jus feudi in ejus personâ ad-
huc durat, nec successio ad agnatum adhuc est de-
voluta.

*l. Statius 48. § ult. sub fin ff. de jure fisc. & in
C. extraordinar. 83. Si unus ex fratribus in
usib. feud. Pistor. d. q. 5. n. 17. & q. 6. n. 58.
& seqq. And. de Isernia hoc C. nostro Titius.
n. 1. post princ. vers. quia in utroq. juncto n. 2.
vers. hoc est mirabile. Prapof. ibid. n. 1. post pr.
Sonsbec. de feud. part. 13. n. 122. Carpz. p. 2.
jurispr. c. 48. def. 13.*

Concl. XV.

Ex antè dictis etiam patet, cur revocatio hîc
sine pretio fiat, nam hic contractus inter alienan-
tem & accipientem tantum ad tempus, vitam
nempe Vasalli alienantis celebratus censetur, igi-
tur hoc tempore elapso, Vasallo nempe mortuo,
ex eo

ex eo quod resolutio jure dantis, resolvatur jus accipientis, agnatus feudum revocat jure proprio, ac proinde pretium non restituit.

Schrader. ubi plures rationes adfert tr. de feud. part. 8. c. 8. n. 31. & seqq. & supra citati, imprimis Pist. dd. loc.

Concl. XVI.

Ad jus redimendi feudum alienatum, ab agnato proximior ex jure protimiseos vivo alienatore & pretio restituto quod attinet: ibi statim se offert Controversia: Cum plurimi & maximæ auctoritatis Interpp. hæc verba textus nostri: *Quod si Titius filios &c.* Ita intelligant ut hic de filiorum revocatione seu redemptione agatur, atq; sic mutato calu à superiore, quod filius vivo patre possit alienatum feudum revocare restituto tamen pretio statuunt (c) Verùm hunc sensum literæ & contextui planè non convenire eleganter alii ostenderunt (d)

(c) ita docent Ifern. hoc C. nostro. vers. quod si Titius. Alvarot. ibid. Martin. Laudens. & Afflict. n. 6. Jacobin. de S. Georgio. in tr. de feud. in verb. Et cum patet de non alienand. n. 44. Clar. §. feudum. q. 42. in pr. & n. 6. Albert. Brun. Consil. 80. n. 11. Curt. Sen. cons. penult. (d) Hartm. Pistor. d. q. 5. n. 9. & seqq. Schrader. de feud. part. 8. c. 7. n. 17. tertio hac sententia. n. 18. & multis seqq. Brun. d. Consil. 80. Col. 4. vers. Si verò Vasall. hab. filios. (ubi hunc intellectum magis communem & amicam litera dicit) & vers. sed alius intellect. qui ut dixi. Schenck. Baro hoc C. nostro

C

n. 4.

*n. 4. post med. vers. si quidem hâc specie & vivo Titio.
n. 7. n. 10. & seq. plures allegat & sequitur Cothman.
Consil. 2. n. 210. & seq. vol. 1.*

Concl. XVII.

Quod tamen hoc jus redimendi competat agnato siue alienator filios habeat siue non, nec propter filios, ut perperam existimavit Baldus, magis vivo Titio, agnatus feudum revocare possit, quàm si nullos habuisset filios: sed solum eâ de causâ, ut detur alius Casus, in quo non perinde, ut in præcedenti, morte Titii jus ejus penitus tollatur, sed etiamnum robur suum obtineat, atq; in personâ filiorum adhuc duret, ac proinde efficiat, ut agnatus volens hoc Casu recuperare feudum, ex naturâ juris protimiseos precium reddere compellatur: per hoc tamen non negetur, quò minus vivo Titio, licet filios non habeat, precio reddito feudum revocari poterit, rectè sentit & latius explicat.

Pistor. d. q. 5. n. 18. & seqq.

Concl. XVIII.

Cum autem, ut dictum est, ex naturâ hujus juris protimiseos & secundum textum nostrum exigatur, ut precium reddatur, nec tamen satis constet, an hoc de justo pretio intelligendum sit, an verò de illo quod emptor solvit vel convenit: de eo pretio quod emptor solvit seu promisit, Capitulum nostrum accipiendum puto, ex quo hâc agatur

tur

cur de venditione jam contractâ retrahendâ (e)
quanquam de hoc dubitari possit per ea quæ tra-
dit Andreas Tiraquellus & alii. (f)

(e) Schrader, de feud. d. p. 8. c. 7. q. 2. n. 41. Hartman.
Pistor. q. 12. n. 7. & seqq. lib. 2. Gail. 2. obs. 19. n. 7.
circ. med. (f) de retract. lign. §. 1. glosf. 18. n. 1. &
seqq. Pistor. d. loc. & per plures rationes & Dd. aucto-
ritates quas adducit Berlich. p. 2. Concl. 41. n. 1. & seqq.

Concl. XIX.

Sed hisce omnibus sic explicatis, inprimis ardua sub-
oritur dubitatio, quâ fiat, ut in Capitulo nostro, in casu hîc
quo filii superstites sint, agnatus feudum alienatum revo-
care possit, neq; interim filiorum ulla habeatur ratio u-
trum & illi feudum recuperare queant? Et quidem Hart-
mannus Pistoris post Baldum & Cujatium, quem deinde
alii itidem magni nominis Jcti sequuntur, inde expressè
colligit & disertè affirmat hoc factum esse propter hanc
rationem, quod filiis planè nullum jus revocandi aut re-
dimendi competat quam suam opinionem latè defendit.
(g) Verum cum ipse tandem fateri cogatur communem
esse in contrarium (h) præterquam quod & Henricus Ro-
senthal (i) & Andreas Fachineus (l) ejus argumenta re-
fellant, hæc ratio subsistere non potest, sed potius cum aliis
hanc hujus rei causam esse puto (m) vel quod hoc accepto
sit ferendum propositæ facti Speciei, cui se auctor hujus
Capituli magis accommodare, quam quid juris sit in filiis
hîc decidere voluerit, vel quod filii nolebant (n) vel ali-
quâ ex causâ non poterant revocare, quamvis quoad jus
protimiscos rursus dissentiat Idem Fachineus. (o)

(g) Pistor. d. q. 5. n. 26. in pr. & in fin. & q. 11. n. 20. &
latisimè q. 13. n. 33. & multis seqq. usq; ad fin. Vulteius
de feud. lib. 1. c. 11. n. 88. Cothman. vol. 1. resp. 2. n. 176.

C 2

& seq.

& seqq. Pruckman. Consil. 4. q. 1. n. 65. & seqq. (h) d. q. 13. n. 76. vers. non latet. nos. & plurimi Interpp. quos congescit Berlich. part. 2. Concl. 60. n. 27. & seq. in edit. 1. & videtur pro hac opinione esse text. in c. 1. §. Si quis igitur de success. feud. 1. feud. 8. & 2. feud. 9. qualiter olim pote feud. alien. §. porro, ibi, vel redimendo potior erat proximi agnati & c. nam filius agnatus proximus dicitur l. filius 12. ff. de suis & legit hered. atq; ita argumentantur Ifern. hoc C. nostro n. 1. Præpos. n. 2. Schrader. tr. de feud. part. 8. c. 7. n. 9. vers. quam sententiam. (i) in Synops. feud. lib. 1. c. 9. membr. 2. Concl. 71. n. 5. & seqq. usq; ad fin. (l) lib. 7. Controvers. c. 18. part. 3. (m) Schurff. Thom. de Marin. & Modest. Pistor. quos pro hac sententiâ Citat. Hartm. Pistor. d. q. 5. n. 26. vers. contra tamen alii. add. Rosenth. de feud. c. 9. Concl. 88. n. 6. Berlich. d. Concl. 60. n. 29. Schrader. d. c. 7. n. 17. Tertio hac sententia. (n) hoc tamen non leviter Controversum est, incidit enim in hanc questionem, an in jure protimiseos ratione feudi locum habeat successorium edictum? id quod disputat. & pro negativâ Concludit Hartm. Pistor. lib. 2. q. 12. n. 64, 65. & seqq. usq; ad fin. & post eum Herman. Vulteius, ubi hanc veritati magis consentaneam & tam Consulendo quam judicando sequendam dicit. tr. de feud. l. 1. c. 11. n. 101. Affirmativam verò tuentur Rosenth. in suâ Synops. feud. c. 9. Concl. 82. n. 10. & seqq. usq; ad fin. tom. 1. Fachin. lib. 7. contro. c. 17. Schrader. tr. de feud. part. 1. c. 3. q. 3. n. 14. & p. 8. c. 7. q. 8. n. 54. & seqq. Cacheran. decis. 177. n. 4. & seq. Ritterbus. lib. 1. feud. 8. n. 22. & multi alii. (o) d. lib. 7. c. 19.

Concl. XX.

Super est pars tertia Capituli nostri secundum partitionem supra Conclusionem quartâ traditam, nempe de exceptionibus seu limitationibus quæ in textu nostro habentur

tur, quarum prima est, nisi alienationi consenserit: Verum statim hic existit concertatio, num iste consensus ad utrumq; Casum, (p) an verò ad posteriorem tantum, nempe redemptionis ex jure protimiseos, referendus sit. Et ad hunc tantum referri debere puto (q) tum quod aliàs sequeretur quod jus revocandi feudum post mortem alienatoris, etiam anni spatio tolleretur, quod tamen falsum esse postea demonstrabo, tum quod quando filius vel agnatus simpliciter alienationi feudi consentit, ejusmodi consensus de jure protimiseos duntaxat accipiendus sit (r) tum quod talis consensus nihil sit aliud quam renunciatio, quæ tanquam odiosa strictè interpretanda venit (s) tum quod & ideo strictè accipiendus sit consensus iste, ne duplicem effectum habeat, sed sufficiat si in uno aliquid operetur (t) tum deniq; quia consensus tacitus & expressus in nostro Capitulo æqui parantur, quemadmodum igitur agnatus consensu tacito seu annali silentio à jure protimiseos quidem excludatur, non tamen proinde à jure revocandi feudum post mortem alienatoris (u) ita & hic consensus ulterius effectum non producat. Atq; his rationibus potissimum innititur Berlich. (A) Ego tamen quatuor posteriores enixe non ausim propugnare, quamvis & aliam rationem adferat Baldus (B) quod in simplici consensu non absorbeatur jus futurum. Sed & hanc in medio relinquo.

(p) Ita in terminis graviter à nobis dissentit Ludolph. Schrader. tr. de feud. part. 8. c. 5. n. 2. & seqq. & Rosenthal. in Synops. feud. c. 9. Concl. 91. n. 22. & multis seqq. tom. 1. (q) Pistor. d. q. 5. n. 47. vers. neq; huic interpretationi. n. 48. Caspar Klock. Cons. 6. n. 136. vol. 2. (r) Franc. Sonsbec. tr. d. feud. p. 13. n. 140. sub fin. & n. seq. (s) Rosenthal. d. Concl. 91. n. 9. in med. (t) Idem n. 9. sub fin. n. 10. n. 14. & seqq. (u) Hartm. Pistor. q. 12. n. 46. & seqq. lib. 2. Vulte. d. feud. c. 11. n. 109. lib. 1. Schrader.

*de feud. part. 8. c. 7. q. 10. n. 58. Ifern. in c. 1. §. Sed etiam
res n. 2. per quos fiat investitur. Afflict. ibid. n. 8. (A.)
Conclus. 60. n. 47. p. 2. (B) in l. qui se Patris. C. unde li-
ber. arg. l. 1. §. quod ait II. quor legator & l. si ita scriptum
§. si sub conditione. de legat. 2. & videtur pro hac ratio-
ne facere glos. in l. fin. de bon. libert. & not. Dd. in l. 1.
C. de pact.*

Concl. XXI.

Quod autem consensus hinc verbis expressis interveni-
re debeat, nec obstat aut sufficiat, si agnatus sit praesens &
taceat rationibus aliorum motus, contra multos alios de-
fendam.

*Harm. Pistor. q. 7. n. 1. & seqq. lib. 2. Rosenthal. in
Sinopos. feud. tom. 1. c. 9. Concl. 77. n. 6. & multis seqq.
Carpzov. p. 2. jurispr. constit. 48. def. 6. plures, sed & Dis-
sentientes allegat & declarat Berlich. part. 2. Concl. 57.
n. 63. & seqq. in edit. 1. Tiraquel. latè lib. 1. retract. §. 1.
glos. 9. n. 148. & seqq.*

Concl. XXII.

Altera exceptio est, nisi per annum ex quo scivit, ta-
cuerit: Sed & hanc ad utrumq; Casum referunt (x) Sicut
supra Conclusionem vigesimam dictum. Ego vero ad Casum
tantum redemptionis ex jure protimiseos pertinere existi-
mo (y) tum quod si haec exceptio ad alteram speciem revo-
cationis quae fit post mortem alienantis referenda esset, par-
fuisset id in textu exprimi, quod scilicet agnatus exclude-
retur si per annum tacuerit, etiam post mortem agnati qui
feudum alienavit, tum quod pro ratione ponitur annale si-
lentium postquam alienationem sciverit. Jam vero si vivo
alienatore agnatus per annum ex quo scivit tacuerit, nu-
mne propterea à revocatione excluderetur post mortem
alienantis? Iniquum & contra juris regulas quia agnatus
vivente

vivente alienatore jure proprio feudum revocare non potest, ac proinde non valenti agere præscriptio temporis non currit (z) tum deniq; quod jus redimendi & jus revocandi ex diverso fonte & fundamento procedant quando autem duo vel plura jura ex diversis fontibus profluunt, nec uno tempore, sed successivè competere incipiunt, tunc unius temporis præscriptione tolli non possunt. (a)

(x) Ita sentiunt Communiter Dd. quos citant Pistor. d. q. 5. n. 27. & seqq. & Schrader. de feud. p. 8. c. 8. q. 2. n. 34. & seqq. ubi rationes assignat. Minsing. 4. obs. 85. n. 6. & seq. n. 9. & seq. Borcholt. tr. de feud. c. 8. n. 149. Hartm. Pistor. q. 8. n. 13. & seqq. lib. 2. ubi etiam rationes adfert. Rosenth. de feud. c. 9. Concl. 95. n. 1. & seqq. n. 4. & seq. tom. 1. (y) Afflict. in C. 1. §. Porrò. n. 33. qualiter olim feud. pot. alien. Rosenthal. d. Concl. 95. n. 3. & seqq. Marin. in tit. 2. de feud. exact. & provid. antiq. Sonsbec. de feud. pert. 13. n. 136. & seq. Schrader. d. c. 8. n. 38. & seqq. & q. 4. n. 45. & seq. Köppen. decis. 54. n. 96. & seqq. Pistor. latè & eleganter d. q. 5. n. 32. & multis seqq. usq; ad fin. & q. 8. n. 17. & multis seqq. Klock. d. cons. 6. n. 140. vol. 2. & cons. 16. n. 58. (z) Fachin p. 3. controvers. lib. 7. c. 9. circ. fin. vers. Postremò multi & c. ubi & aliam rationem adnectit. & c. 11. per tot. (a) Rosenth. d. Concl. 65. n. 5. Schrader. d. c. 8. n. 40. & seq. Pistor. d. q. 8. n. 19. & seq. Andr. in addit. ad Specul. de concess. præbend. in rubric. Col. 2. vers. ex prædict. potest formari hæc regula & vers. seq. Bl. in l. ult. n. 10. C. de execut. rei judic. plures rationes vid. apud Pistor. & Schrader. dd. loc. ubi etiam ad contraria respondent.

Concl. XXIII.

Scientia autem debet esse certa, plena & perfecta cum omnibus qualitatibus & circumstantiis in instituto nostro ut annale silentium præjudicet.

Hartm. Pistor. lib. 2. q. 12. n. 29. & seqq. Cacher. decis. 176. n. 1. & seq. Rosenth. d. feud. c. 9. Concl. 93. n. 10. & seq. tom. 1.

*vultei. d. feud. c. 11. n. 108. lib. 1. Molin. in consuetud. pari-
siens. tit. 1. §. 13. gl. 12. n. 1. & seq.*

Concl. XXIV.

An autem annus iste jure protimiseos præscriptus à tempore contractus an verò à tempore traditionis currere incipiat? Controversi juris quæstio est. Ego in feudis à tempore contractus currere existimo.

2. feud. 9. qualiter olim pot. feud. alienar. §. porro. ibi in prohibendo autem vel redimendo. Pistor. d. q. 12. n. 23. & seq. Rosenth. d. Conclus. 93. n. 12. & Concl. 95. n. 4. plures allegat Berlich. Concl. 40. quand. jus retract. n. 29. part. 2. quamvis ipse & alii ab ipso Citati graviter dissentiant. n. 28. & seqq.

Concl. XXV.


Coronidis loco addo, quod Ludolphus Schraderus ex textu nostro (verb. possidenti) colligat, quod redemptio ex jure protimiseos fieri possit, etiamsi feudum alienatum fuerit in eum, qui ante alienationem factam habuit possessionem feudi, puta ex causâ pignoris vel simili (b) Verùm secundum superiorem explicationem nostram hoc exinde non Colligi in propatulo est.

(b) Schrader. de feud. part. 8. c. 7. n. 29. vers. sexto hæc Conclusio.

Atq; hæc pro ratione instituti, cum Disputatio sit more Academico, non tractatus, & inter Varias & ab hoc proposito longè alienas occupationes quotidianas clientum interpellationes, atq; sic inter multiplices animi ab incepto ad alia atq; alia distractiones impresentiarum sufficiant.

TRINUNI DEO SOLI GLORIA, PER DOMINUM DEUM NOSTRUM
JESUM CHRISTUM, IN OMNEM ÆTERNITATEM.





ULB Halle
006 558 364

3



VDA7





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

NI & DEI nostri ~~omissis~~
r implorato

1656, 2
23

ESIN

titius filios: Si de feud.
agnat. Vasal. 2. Feud. 26.
endi antiqui & revocatio-
tinet.

atq; simul DECANO.

& Consultissimo

IANNE

ANNO,

ore, Antecessore cele-
tore suo colendisimo
riori Jctorum Or-
drina

sequendo ad 3. Januarii
solito solennis & inaugu-
landam proponit

HIMI FL. NAVIN,

alis, Electoralis Po-
tis Patriæ Senator
Oderan
6.

RÖSNERI.